IN NOMINE ✠ DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA,

De

VITA ET HONESTATE CLERICORUM,

ex c. fin. cum aliis præcedentibus. de vita & honest. Clericor. c. Multa sunt. cum seqq. ne Clerici vel Monachi sæcularib. negot. se immisc. juncta. l. Placet. & Authen. Interdicimus. C. de Episcop. & Cleric.

DEPROMPTA.

& cum

A

CELSISSIMO PRINCIPE,

ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO DOMINO,

D. ANDREA STANISLAO KOSTKA

IN ZAŁUSKIE

ZAŁUSKI,

EPISCOPO Cracoviensi, DUCE Severiæ,

EQVITE AQVILÆ ALBÆ,

Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

CANCELLARIO,

M. STANISLAUS SEBASTIANUS MAMCZYNSKI,

Utriusq; Juris PROFESSOR, Ecclesiarum Collegiatarum; S. MICHAELIS in Arce Cracoviensi DECANUS, Sandecensis PRIMICERIUS, Parochialis in Krolowka CURATUS, Canonizationis B. BOGUMILI Archiepiscopi Gnesnen: Procurator;

in frequentissima magnorum Hospitum Corona,

Licentiatus in Utroq; Jure,

RITU SOLENNI RENUNTIARETUR.

ab eodem quo supra Professore,

Publicè ad disputandum, in Lectorio Collegii CC. DD. Jureconsultorum,

PROPOSITA.

Annô Domini MDCCXLVII. *Die Lunæ 18. Mensis Decembris.*

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

QUÆSTIO JURIDICA,

DE VITA & HONESTATE CLERICORUM.

U. Clericus tàm Sæcularis quàm Regularis, uterq; in sortem Domini vocatus, Divinisq; obsequiis mancipatus, distinctîs supra laicum privilegiîs ac prærogativîs honoratus, cui incumbit omnino vitæ honestas, interior & exterior, Sæcularibus negotiis se immiscere debat? necne?

CONCLUSIO I.

Clericus quilibet Sæcularis, ac etiam Monachus & Religiosus in sortem Domini vocatus, & Divinis obsequiis specialiter mancipatus. est 1.

1. *can. Clericus. can. Cui portio DEUS. & ibi gl. duo sunt. v. cui. can. Duo sunt genera. & ibi gl. v. duo sunt. 12. q. 1. can. Cleros. dist. 21. Concil. Colonien.* II. *P. 2. cap. 1. Concil. Carthag.* III. *cap. 21. Sperell. P. 2. decis. 123. n. 10. Engel. in Colleg. Jur. canonic. Lib. 3. t. 1.*

CO-

COROLLARIA.

I. Clericus à Græca voce *Cleros* sortem & hæreditatem latinè significante propterea dictus est; quod in sortem Domini vocatus sit, & de sorte ejus existat, ac Dominus specialiter est pars illius & hæreditas. *2.* Voluit enim DEUS ex toto populo fideli aliquos sibi specialiter eligere, qui essent sors, seu pars, ac hæreditas ipsius peculiaris, quæ abjectis curis sæcularibus, uni DEO prorsùs vacaret, ejusq; servitio ac cultui penitùs intenderet. *3.*

2. *d. can. Cleros. dist. 21. Lancel. Instit. Jur. can Lib. 1. t. 4. & ibi gl. v. intelligemus. ℣. quo ad imum & 2dum.*

3. *d. can. Cui portio DEUS. 12. q. 1 & ibi gl. v. abdicatio. Id. Lancel. lc. Lib. 3. t. de Procuratorib. Reiffenst. Jur. can. Tom. 3. t. de vit. & honest. Cleric.*

II. Nomine Clericorum propriè veniunt illi omnes, qui ad cultum DEI & officia Divina obeunda per collationem alicujus Ordinis Ecclesiastici, non solùm Ostiariatûs, Lectoratûs, Acolythatûs, Subdiaconatûs, Diaconatûs, & Presbyteratûs, sed etiam primæ Tonsuræ deputati sunt, *4.* jam verò illi qui tantùm per professionem religiosam & certa vota servitio DEI adscribuntur impropriè & largo modo Clerici appellari debent, prout & Moniales, ac alii Religiosi: *5.* quales sunt fratres Laici seu Conversi nullum habentes Ordinem, ac etiam Canonissæ Sæculares quæ in diversis Provinciis, nominatim in Germania, & non ita pridem Varsaviæ in nostra Polonia fundatæ reperiuntur, instar Canonicorùm Sæcularium, sine professione & votorum emissione in communi viventes, pariter veniunt nomine Clericorum, sed in favorabilibus duntaxat, non autem in odiosis: *6.* quemadmodum & Episcopi ac aliæ Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ in favorabilibus & gratiosis tantùm sub nomine Clericorum continentur. *7.*

4. *d. can. Clerus v. generaliter. dist. 21. & ibi gl. v. Psalmista & v. Episcopus.*

5. *Abb in c. Inhærentes. n. 9. de juram. calumn. c. Cum contingat. de ætat. & qualit. præficiend.*

6. *Felin. in c. Licet n. 8. de Offic. Ordin. Fagnan. in c. Non ampliùs n. 7. de Instit. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 7 q 4. n. 6.*

7. *Barb. Jur Eccles. Univers. Lib. 1. cap. 39. n 2. & seqq. Sylvester. in Summ. v. Clericus in princ. & Cardinal. Tusch. Lit. C. Concl. 377. n. 2. & seqq.*

III. Religiosus sive Regularis est persona, quæ emissis tribus votis substantialibus in aliqua Religione, ab Ecclesia approbata regulariter vivit, ibiq; abjectis hujus sæculi curis & solicitudinibus ac abnegata propria voluntate, tum carnis oblectamentis tendentiam ad perfectionem impedientibus, ad id solum incumbit, ut in omni perfectione DEO serviat. *8.* *Monachus* vero, idem est quod singularis seu solitarius, *9.* est ille, qui non inter sæculares, sed solitariè in suo Cœnobio vivit. *10.* hi tamen quamvis differant inter se accidentaliter, hoc est fine proprio ac particulari ad quem quivis specialiter à Fundatore obligatur, & mediis ac particularibus exercitiis quibus quilibet aliis ipsorum utitur, ac nititur ad tria vota substantialia exactè observanda, tum ad finem particularem meliùs obtinendum, omnes tamen ad unum finem principalem perfectionem, nempè perfectam DEI charitatem (quæ est vinculū perfectionis) tendunt. *11.*

8. *Id. Reiffenst. lc. t. 31. de Regular. & transeun. ad Relig. §. 1. n. 10. Layman. Lib. 4. Tract. 5. cap. 1. n. 1. Pirhing. t. de Regular. & transeun. ad Relig. n. 2. Pellizer. in manuali Regular. Tom. 1. t. 1. cap 1. n. 1.*

9. *gl. in can. Placuit. 16. q. 1. Barb. lc. cap. 41. n. 15. & Pirhing. lc.*

10. *can. Si cupis esse. & gl. ibid. v. si cupis. 16. q. 1. Id. Reiffenst. lc. §. 2. n. 16.*
11. *S. Th. 2. 2. q. 188. Mirand. Tom. 1. q. 6. a. 2. Id. Reiffenst. lc. n. 1.*

IV. Præter superiùs enumeratos, nomine Clericorum veniunt etiam alii Divinis obsequiis mancipati: & *1mo.* quidem *Cœnobitæ*, qui simul viventes in Cœnobiis seu Monasteriis Monachalem vitam ducunt: dicuntur Cœnobitæ, idest simul viventes, *12.* generali nomine Monachi idest soli appellati. *13. 2do. Anachoretæ* nimirùm illi, qui sine certa habitatione, per deserta vagantes ne à populis inviserentur, ibi quiescunt, ubi nox ipsos invenisset: dicti Anachoretæ, idest discedentes, vel *Hesychastæ*, idest quiescentes. *14. 3tio Eremitæ* dicuntur, qui primò in solitudine, sive Eremo habitant, ibiq; duriter subducto cibo, & in omni rerum asperitate corpus exercendo, sub obedientia Episcoporum virtuosæ vitæ student; *15.* si tamen emittunt tria vota substantialia cujuspiam Religionis ab Ecclesia approbatæ; *16.* cum permittitur Religiosis mendicantibus, de licentia Superiorum eremiticam ut possint ducere vitam; *17.* vel quamvis non sint professi alicujus Religionis per emissionem trium votorum substantialium, tamen authoritate Episcopi deputantur pro servitio alicujus Ecclesiæ vel Oratorii; atq; de manibus Episcopi suscipiunt habitum eremiticum, & sub illius obedientia vivunt, *18.* ac gaudent privilegio fori & canonis, *19.* sicq; in favorabilibus veniunt nomine Clericorum. *20.*

12. *Reiffenst. Jur. can. Tom. 3. t. de vit. & honest. Cler. §. 1. n. 22.*
13. *can. Placuit 16. q. 1. can. Si cupis. & can. Placuit communi. d. dist. 16. q. 1. Barb. Lib. 1. Jur. Eccles Univ. cap. 41. n. 13. & seqq.*
14. *Authen. de Monach. §. cogitandum. junct. gl. v. Anachoretas. Collat. 1.*
15. *can. qui verè d. dist. 16. q. 1.*
16. *Id. Reiffenst. lc. n. 23. c. unic. de excess Prælat. in 6to. c. Privilegium. de VS. in 6to.*
17. *d. c. unic. junct. gl. v. Licentia. de excess. Prælat. in 6to.*
18. *Fagnan. in c. Nullus. de For. Compet.*
19. *Id. Reiffenst. lc. n. 24.*
20. *Id. Fagnan. in c. Nullus. lc. n. 61. Card. in Clement. Per literas. n. 9. de Præbend. Anton. de Butrio. Consil. 19. n. 19. c. Cum Monasterium. de Elect. Aloys. Ricc. in prax. P. 2. Resol. 149. n. 1.*

V. Procedunt pariter supra dicta de Tertiariis, seu illis, qui habitum tertiæ Regulæ cujuspiam Ordinis de manu Superiorum suorum ad hoc authoritate Pontificiâ facultatem habentium recipientes, sub eorundem vel Episcopi Loci obedientia vivunt, atq; sui Ordinis vel alterius Ecclesiæ inserviunt, consequenter Divinis Officiis specialiter mancipati, nequeunt censeri esse professionis meræ laicalis, sicq; in materia favorabili veniunt nomine Clericorum, gaudentq; Privilegio tam fori, quam canonis. *21.* Secùs censendum de illis Eremitis, qui non sunt professi quandam Religionem, neq; deputati Ecclesiæ servitio authoritate Prælati Ecclesiastici, sed voluntariè suscipiunt, atq; ad libitum deferunt habitum eremiticum, neutiquam sunt personæ Ecclesiasticæ, nec ullo modo gaudent Privilegio Clericali; *22.* quia vivunt sicuti locustæ sine Rege. *23.*

21. *Reiffenst. Jur. Can. Tom. 3. d. t. de vit. & honest. Cler. §. 1. n. 27.*
22. *Joan. de Lignano. in Clement. Per Literas. de Præbend. Card. in ead. Clement. Per Literas. n. 9. Ricc. in d. Prax. P. 2. Resol. ead. n. 9. Fagnan. in d. c. Nullus. de for. Compet. n. 63.*
23. *gl. in can. Qui verè, 16. q. 1. v. verò.*

CON-

CONCLUSIO II.

Clericus vel Monachus ſupra laicum privilegiis & prærogativis diſtinctis à ſui conſtitutione, ſemper & ubiq; ab omnibus honoratur. *24.*

24. can. Duo ſunt. 12. q. 1. can. Deniq. diſt. 4. can. Admittuntur. diſt. 54. l. Officiales. C. de Epiſcop. & Cler. l. Atrocem. C. de injur.

COROLLARIA.

I. Clerus Sæcularis qui ab exordio ſtatim naſcentis Eccleſiæ à Sanctis Apoſtolis conſtitutus, *25.* Regularis verò itidem à temporibus Apoſtolorum, cum quodammodo Apoſtoli, religioſam ducebant vitam, *26.* habet ex ſui denominatione honorem & dignitatem, *27.* Solus enim juxta Ordines ſuos in Altari miniſtrare, atq; jurisdictionem Eccleſiaſticam ligandi & ſolvendi à Chriſto Domino Eccleſiæ ſuæ conceſſam, *28.* exercere valet, *29.* propterea ad differentiam laicorum de Sacrato catalogo eſſe dicitur. *30.*

25. can. 1. diſt. 21. Sperell. P. 2. decis. 179. n. 18. Albert. de Trott. de perfect. Cler. q. 17. n. 5.
26. S. Chryſoſt. in Lib. 3. contra Monaſt. vitæ vitup. Tambur. de Jur. Abb. t. 1. diſp. 2. q. 3. & 4. Engel. Lib. 3. t. 31. n. 4.
27. can. Deniq. diſt. 4. d. can admittuntur diſt. 54. can. reperiuntur. q. 1. d. l. Officiales. C. de Epiſc. & Cler.
28. Matth. 18. Joan. 20.
29. Reiffenſt. Tom. 1. t. de vita & honeſt. Cler §. 1. n. 1.
30. Synod. VII. cap. 13. can. quoniam. 19. q. 3.

II. Clerici ac præſertim Sacerdotes, vi ſui Ordinis ac dignitatis præ omnibus laicis vocantur Patres & Magiſtri populi, *31.* imo ipſorum Regum & Principum, *32.* ubi Gregorius VII. Hermano Epiſcopo Metenſi reſcripſiſſe legitur: Quis dubitet Sacerdotes Chriſti Regum & Principum omniumq; fidelium Patres & Magiſtros cenſeri. *33.* ✠

31. can. Sacerdotes. 6. q. 1. can. Nolite. diſt. 21.
32. can. Quis dubitet. diſt. 96.
33. Reiffenſt. lc. n. 6. can. In ſcripturis. d. diſt. 96. gl. apud Lancel. Inſtit. Jur. can. Lib 1. t. 12. v. debent. ad finem. ✠ Boleslaus noſter, Miecislai Proto-Chriſtiani Principis filius, Epiſcopos & Sacerdotes magnopere colebat & ab omnibus coli volebat; nec ſedebat ſtante aut veniente Epiſcopo, niſi & ille aſſediſſet. Cromer. Tom. 1. Lib. 25. ſub Anno 1022. fol. 46.

III. Dignitas Clericorum ac præſertim Sacerdotum præſtantia, tanta eſt, ut nulla Sæcularis ei ſimilis exiſtat: *34* in Divinis enim eloquiis Sacerdotes aliquando *Dii*, aliquando *Angeli* vocantur: nam & per Moyſen de eo, qui ad juramentum deducendus eſt dicitur; *applica illum ad Deos:* ideſt ad Sacerdotes, & rurſus ſcriptum eſt: *Diis non detrahes:* ſc: Sacerdotibus. & *Propheta* ait: *Labia Sacerdotis, cuſtodiunt ſcientiam & legem requirent ex ore ejus ; quia Angelus Domini exercituum eſt: 35.* intelligendus tamen eſt hic locus, quod non ſunt Dii naturâ, ſed opinione hominum, ſed participativè

pativè ſolum, quatenùs participant aliquid Divinitatis per excellentiam virtutis ſibi à DEO communicatæ: quâ ratione Moyſes appellatur DEUS Exod. cap. 7. *Ego conſtitui te Deum Pharaonis*: aut per adoptionem ſeu quandam ſimilitudinem; ut Pſal. 81. *Ego dixi Dii eſtis*: non veri: ſed per adoptionem, & quandam ſimilitudinem propter præſtantiam gratiæ ſanctiſicantis, quâ conſtituuntur Filii DEI adoptivi, & ob imaginem DEI in ipſis relucentis. *36.*

34. can. Duo ſunt quippe. diſt. 96. can. 1. diſt. 17.

35. can. Sacerdotibus. 11. q. 1. & gl. ibid. v. Sacerdotibus.

36. S. Th. P. 1 q. 13, a. 9. Abb. in c. firmiter. n. 1. t. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Idem Reiffenſt. Jur. Can. Tom. 1. t. 1. de Sum. Trinit. §. 5. n. 84. & Tom. 3. t. de vit. & honeſt. Cler. n. 7. & 8.

IV. Prædicta Clericorum dignitas ac præſtantia, ne videatur habere commune aliquid cum laicis, etiam requirit, ut quando ab eodem Clero Divina Myſteria celebrantur: dictis laicis in loco Clericorum (quod Presbyterium nuncupatur) non liceat conſiſtere, ut liberè ac honorificè poſſint Sacra Officia exercere. *37.* Unde S. Ambroſius Epiſcopus, Theodoſium Imperatorem, intra cancellos Altaris communicare volentem, inde excluſit, dicens: *Purpuram Imperatores, non Sacerdotes efficere. 38.*

37. can. Sacerdotum. diſt. 2. de Conſecrat. & gl. ibid. arg. c. firmiter. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol.

38. Niceph. Lib. 12. Hiſtor. Eccles. cap. 41. Reiffenſt. Tom. 3. t. de vita & honeſt. Cler. §. 1. n. 9.

V. Propter ſuam dignitatem ac prærogativas, quibus honorantur, Clerici non tenentur pro neceſſitatibus locorum vel terrarum, etiamſi facultates Sæcularium non ſuppetant aliquid ſolvere, niſi conſulto Summo Pontifice & diſpenſante; *39.* nec poſſunt per ullum Principem, Ducem, Regem, Imperatorem gravari, & ad ſolvendum tallias, tributa collectas, ſubſidia, impoſitiones, (à quibus omnibus in noſtro Regno Poloniæ liber eſt Clerus) ✠ ſine licentia Papæ ſtringi, *40.* neq; tenentur pro rebus propriis ſolvere pedagia, guidagia, cum eas non ad negotiandum transmittant vel ferânt, *41.* idq; ſub pœna excommunicationis tam in ſolventes, quàm exigentes; *42.* poſſunt tamen ſpontè ſubvenire communitati ſæculari, ſed de licentia Epiſcopi; *43.* item non poſſunt judicari à Judice laico; *44.* neq; etiam accuſati apud Judicem ſæcularem tenentur reſpondere; *45.* laici verò intromittentes ſe in cauſis criminalibus Clericorum excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, quicunq; illi ſint. *46.*

39. c. Adverſus. de immunit. Eccles. c. Quoniam. de cenſib.

✠ *Cæterum hominibus Eccleſiaſticis omnium onerum, laborum & penſionum Regi & Reipb. præſtandorum immunitatem ſempiterno jure conceſſit. Cromer. de Boleslao Miecislai Filio. lc. fol. 65. Item Privilegium* Vladislai *Ducis Poloniæ 1086. Ego Vladislaus &c. Igitur cupiens gravamina perſonarum Eccleſiaſticarum hactenus inolita relaxare, extunc Eccleſiæ Dei confero Canonicam libertatem, liberans eam ab omnibus gravaminibus & exactionibus indebitis. Item* Boleslaus Pudicus *1258. Decernimus & promittimus libertates & privilegia quælibet per Nos & Anteceſſores conceſſa Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis perpetuo & inviolabiliter obſervare, imò neglecta immutata ſupplere, ac reformare. Item Dux Maſoviæ* Zemovitus *1361. Eccleſias omnes in ditionibus Noſtris exiſtentes liberamus ab omnibus exactionibus & expeditionibus quibusvis intra & extra terram. plura vide in Lib. cui t. Compendioſa Catecheſis, Varſaviæ edit. & alibi.*

40. Concil.

40. *Concil. Lateran. IV. cap. 46. & V. Seß. 9. Concil. Constan. Seß. ult. in Confirm. Const. Imperial. gl. apud Lancel. d. Lib. 1. t. 4. ℣. tertius effectus. Pignatell. Consult. Canonic. Tom. 2. Consult. 34. n. 38.*

41. *Clement. de censib. c. fin. Id. Pignatell. lc. n. 1. & seqq.*

42. *c. Non minus. c. Quod olim. de Immunit. Eccles. Concil. Vormat. I. cap. 24. Clement. de Immunit. Eccles. c. unic. S. Congr. Immun. in Volaterrana 18. Septembr. 1629. Ead. Congr. in Firmana 19 Novembr. 1630. & in Cathanien. 11. Septembr. Pignatell. Consult. Canon. Tom. 2. Consult. 54. n. 62. & 63. cum seqq.*

43. *Concil. Lateran. III. in appendice. cap. 19. Concil. Lateran. IV. cap. 46. c. Non minus. de Immunit. Eccles.*

44 *Concil. Roman. III. sub Sylvestr. can. 2. Clemens I. epist. 1. cap. 4. Concil. Aurelien. IV. cap. 20. Concil. Turon. II. cap. 3. Concil. Aquisgran. cap. 86. c. Clerici. de Judic. c. Clerici. de foro compet.*

45. *Concil. Agathen. cap. 32. Concil. Epaunen. sub* Symmacho *Papa, Anno D. 509. cap. 11.*

46. *Gregor. XIII. Const. 82. Consueverunt. §. 18.*

CONCLUSIO III.

Clerico vel Monacho incumbit omnis vitæ honestas interior & exterior. 47.

47 *d. can. Duo sunt genera. 12. qu. 1. Concil. Trid. Seß. 22. de reform. cap. 1. Constit. Provinc. Lib. III. t. de vita & honest. Cler. in principio. Reiffenst. Jur. Can. Tom. III. t. 1. §. 2. n. 30.*

COROLLARIA.

I. Vita quæ hic consideratur est modus & ordo quidam secundùm quem vivere debemus: Honestas autem intelligitur morum, non divitiarum, vel quantitas facultatum; 48. unde vita, alia est *naturæ*, quæ est animæ & corpori conjuncta, & hæc durat mediante cibo & potu. 49. alia *disciplinæ* quæ est hic supra definita. alia demum *gratiæ*, cum quis moritur vitiis, & vivit DEO per bona opera, hinc illud: qui credit in me vitam habet. 50.

48. *gl. apud Lancel. Instit. Jur. Canon. v. vita. Lib. 1. t. de vita & honest. Prælat.*

49. *l. de his ff. de transactión. & d. gl. lc.*

50. *d. gl. lc. ℣. vita disciplinæ. per totum. Reiffenst. d. Tom. 3. Jur. Can. t. lc.*

II. Vita Clericorum vel Monachorum *interior* consistit in munditia cordis atq; interno Cælestium virtutum exercitio: nam Clericos utpote specialiter in sortem Domini vocatos, atq; Divino Officio mancipatos convenit cessare, ab omni strepitu temporalium, & deditos esse contemplationi & orationi. 51. *exterior* autem honestas Clericorum consistit præcipuè in tribus, videlicet in recta probitate morum ac honesta conversatione: in honesto ac decenti habitu: demum in debito convenientiq; exercitio officiorum & negotiorum statui suo convenientium, fugaq; non convenientium. 52.

51. *can. Duo sunt genera. 12. q. 1. Id. Reiffenst. lc.*

52. *Idem Reiffenst. lc.*

III. Clerici vel Monachi cum sint specialiter in sortem Domini vocati, atq; Divinis Officiis mancipati, & in castris Dominicis supra alios positi, debent quoad utramq; supra dictam vitæ morumq; honestatem laicos antecellere; 53. & hæc procedunt de omnibus Clericis, sive sint in minori, sive in majori dignitate constituti; 54. quia Prælati debent esse Duces & Pastores gregis, 55. illorumq; vita exemplar subditis; 56. qui dum præsunt, non ex locorum vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent. 57. aliàs sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresq; suos omnino componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisq; omnibus rebus, nil, nisi grave moderatū, ac religione plenum præseferant, levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent effugiant, ut eorum actiones afferant venerationem. 58.

53. *can. Beatus Petrus. 6. q. 1. can. qualis enim 8. q. 1. Concil. Trid. sess. 22. de Reform. cap. 1. Id. Concil. sess. 25. de Refor. cap. 1.*

54. *Id. Concil. d. sess. 25. & cap. 1.*

55. *can. Sciscitaris. 7. q. 1.*

56. *can. Cum Pastoris. 2. q. 7.*

57. *can. Nos qui præsumus. dist. 40. can. Vilissimus. 1. q. 1. S. Gregor. Papa Hom. 7 in Luc. 10. S. Chrysost. Homil. 59. in Joan. l. Si quispiam, C. de Episc. & Cler.*

58. *Id. Concil. Trid. d. sess. 22. de Reform. cap. 1.*

IV. Specialiter loquendo honestas vitæ Clericalis his in exterioribus moribus elucescere debet: 59. tenentur enim Clerici vel Monachi, ad servandam perpetuam continentiam, seu castitatem, aliàs debent esse continentes, adeò, ut non solùm illicitè, sed etiam & invalide contrahant matrimonium, & ipso facto incurrant excommunicationis sententiam; 60. ad quam servandam non tantùm ex motivo castitatis ut cæteri homines extra legitimum matrimonium, sed etiam ex virtute religionis, ratione voti castitatis jure Ecclesiastico sacris Ordinibus annexi sunt adstricti. 61. quare Monasteria Monialium frequentantes familiariùs sine manifesta & rationabili causa, per Episcopum debent arceri, & si non destiterint, ab officio Ecclesiastico redduntur immunes, hoc est deponuntur; laici verò si hoc ipsum præsumpserint, excommunicationi subduntur, & à cœtu fidelium fiunt alieni. 62. Tenentur à crapula hoc est *cruda epula*, seu excessu in cibis, 63. & ebrietate (quæ dicitur ab *E* quod est *sine*, & *bria* quod est mensura: unde ebrius dicitur qui sine mensura bibit, hoc est usq; ad privationem usûs rationis. 64.) abstinere, 65. secùs moniti non desistentes pro modo culpæ pœnâ carceris vel arbitrariâ puniendi, vel ab Officio & Beneficio suspendendi. 66. Prohibentur tabernas cauponarias edendi vel bibendi causâ ingredi, & visitare, nisi itineris necessitate compellantur, contrarium facientes à communione excluduntur, 67. vel juxta praxim & consuetudinem Diœcesium arbitrio Ordinariorum puniendi. 68. Item prohibetur severissimè Clericis vel Monachis, alearum seu taxillorum lusus, vel tali lusui interessentia, 69. transgressores moniti, nisi desistant, pœna pro qualitate delicti depositionis vel excommunicationis castigandi 70. prælertim si publicè frequenter & cum scandalo aliorum fiat: 71. mimis, joculatoribus, & histrionibus intendere, 72. choreis & publicis spectaculis ludicris, 73. tripudiis saltationibus, commessationibus, conviviis interesse; 74. dum conveniunt ad officia seu anniversaria, circa convivia & epulas, risus, cantus, exercere, alias excommunicari debent; 75. & prohibetur ne se invitent ad bibendum; 76. non debent esse proditores, aliàs degradari debent, 77. habitare non possunt, cum sæcularibus sine licentia Episcopi, 78. abstinere debent à fastu, luxu, ambitione

bitione, adulatione, avaritia, alias privandi officio. *79.* non debent uti sumptibus immoderatis. *80.* non debent vacare literis sæcularibus, seu legere scripta paganorum, *ut de S. Hieronymo legitur, qui vapulavit ab Angelo, quod legebat Ciceronem: 81.* possunt ea legere tantùm ne ignorent; *82.* non possunt esse maledici in aliòs Sacerdotes, alias degradari debent; *83* non possunt esse præsentes, ubi amatoria cantantur; *84.* per plateas ambulare seu spatiari, *85.* neq; per nundinas incedere absq; necessitate sub pœna degradationis debent. *86.* non possunt jurare per creaturas, & si persistant, excommunicari debent; *87.* non possunt esse Capellani fæminarum delicatarum. *88.* dum fiunt conciones, & orationes in Ecclesia, non debent per eam deambulare vel in ea confabulari, *89.* prope Ecclesiam habitare, *90.* Biblia Sacra, Catechismum, Constitutiones Synodales præ manibus semper habere debent. *91* non debent esse usurarii, neq; pro aliis usuras exigere, alias communione privandi, *92.* à Clero ejiciendi, *93.* & excommunicandi, *94.* & si sint in minoribus Ordinibus, non possunt ad sacros promoveri. *95.* in minoribus constituti si sint vitiosi, ut fornicarii, adulteri, & non se emendent, ab Ecclesia debent ejici, *96.* iidem in sacris constituti & facti adulteri in Monasterium detrudendi, *97.* fornicarii deponendi, *98.* insuper ad Altare non possunt accedere, nec ad majora promoveri officia. *99.* Clerici vel minores Monachi non possunt in Ecclesiis ministrare, nisi superpelliceis induti; *100.* in majoribus constituti, sive sit Prælatus, Canonicus, Altarista, Vicarius Cathedralis Ecclesiæ nisi superpelliciati extiterint, in eandem Ecclesiam ad audiendum Divinum Officium non debent introire, contrarium facientes pœna condigna puniendi. *101.* fugere debent commercium fæminarum, *102* nec cum illis loqui sine Majorum licentia, vel maximè suspectis: *103.* non desistentes excommunicantur; *104.* etiam cum consanguineis nimiam non debent habere familiaritatem. *105.* tenentur demum ita conversari cum laicis, ut ab eis non contemnantur, ut neq; appareant superbi, neq; nimis austeri. *106.*

79. can. Clericus. dist. 41. Concil Carthag. IV. cap. 45 Const. Provinc. Lib. 3. t. ne Cler. vel Monach. &c. pag. 243. Reiffenst. d. Tom. 3. lc. n. 37.

60. can. Presbyteris. dist. 27 gl. apud Lancel. Instit. Jur. can Lib. 3. t. 4. v. intelligemus. ℣. 5tus. effectus. can. nullum facere ac seqq. dist. 28. c. 1. & 4. de Cler. conjug. c. ut Clericorum. de vita & honest. Cler. Clement. Eos qui. de consangu. & affinit. Id. Concil. Trid. sess. 24. can. 9.

61. c. A multis de ætat. & qualit. gl. in c. cum. olim. de Cler. conjugat. Barb. P. 2. de offic. & potest. Episc. allegat. 15. n. 2.

62. c. Monasteria. de vita & honest Cler. Concil. Later. sub Innocen. III. cap. 11. Constit. Provinc. Lib III. t. de vita & honest. Cler. pag. 135.

63. gl in c. A crapula. de vita & honest. Cler. can. Ne tales. & can. Legimus. de Consecr. dist. 5. Reiffenst. lc. n. 46. Hostien. in Sum. Lib. 3. t. 1. n. 1 v. dicitur autem.

64. d. gl. in c. A crapula. lc. Id. Reiffenst. lc.

65. c. A crapula. de vita & honest. Cler Id. Hostien. lc. v. & debent. n. 1. Artner. in
6 Nucl. Jur. Can. Lib. 3. t. 1. de vita & honest. Cler.

6. d. c. A crapula lc. can. Episcopus. dist. 35. Vallen. in Paratitl. Jur Can. Lib. 3. t. de vita & honest. Cler. n. 7. Id. Artner. lc. n. 5. Constit. Provinc Lib. IV. t. de pœnis ℣. Clerici contentiosi. pag. 334.

67. c. Clerici. de vita & honest. Cler. can. Non oportet. & can. Clerici. dist. 44 can. 53. Apostolorum. Concil. Colon. II. P. 2. cap. 25. Concil. Lateran. IV. cap. 15.

68. Constit. Provinc. d. Lib. IV. lc. v. tabernas prorsus. pag. 133. Concil. Remen. cap. 26 Reiffenst. lc. n. 35.

69. c penult. de vita & honest. Cler. c. Clerici. ibid. Constit. Provinc. Lib. III. t. ne Cler. vel Monach. sæcular. &c. pag. 243.

70. *can 42. & 43. Apostolorum. can. Episcopus. dist. 53. d. c. Clerici. lc.*
71 *Less. Lib 2. de just. & jur. cap. 26. dubit. 1. 5. & 6. Reiffenst. lc. n. 56. 57. & 58. Laym. Lib. 3. Theol. Mor. tract. 4. cap. 21. n. 1.*
72. *c. Clerici. de vita & honest. Cler. Artner, in Nucl. jur. Can. Lib. 3. t. 1. n. 8.*
73. *Constit. Provinc. Lib. III. t. de vita & honest. Cler. v. Clerici officia. d. pag. 133. Concil. Laodic. cap. 54. Concil. Mogunt. IV. cap. 74. Concil. Lateran. IV. can. non oportet. de consecr. dist. 5.*
74. *Concil. Senonen. de honest. Cler. cap. 15. d. can. non oportet. dist. ead. Concil. Aquisgran. cap. 83 Concil. Laodic. cap. 55.*
75. *Concil. Carthag. IV. cap. 61. can. nullus Presbyterorum, de consecr. dist. 6.*
76. *d. can. nullus Presbyterorum. dist. ead.*
77. *Id. Concil Carthag. IV. cap. 56.*
78. *Concil. Aurel. I. cap. 9.*
79. *Concil. Colon. II. P. 2. cap. 22. Concil. Carthag. IV. d. cap. 56. can. Cum omnis. 1. q. 2. can. His igitur. dist. 23. & can. Quæro ergo. 6. q. 1.*
80. *Id. Concil. Carthag cap. 24.*
81. *can. Legant. can. Omnem. & can. Legimus. dist. 37.*
82. *can. Qui de mensa. dist. ead.*
83. *Id Concil. Carth. IV. cap. 57.*
84 *Concil. Colon. I. P 2 cap. 25.*
85 *Id. Concil. Carth. IV. cap. 47.*
86 *Id. Concil. cap. 48.*
87. *Id. Concil. cap. 61.*
88 *Concil. Colon. II. P. 2. cap. 27.*
89. *Concil Colon. III. t. censuræ. cap. 23.*
90. *can. Necessario. 12. q. 1.*
91. *Id. Concil. Colon. II. d. P. 2. cap. 5. Laurent. de Laurea in Epit. Can. Lit. C. v. Clericorum obligationes.*
92. *Concil. Arelat. I. cap. 12.*
93. *Concil. Nicæn. I. cap. 8. Concil. Carth. I. cap. 13. & Concil. III. cap. 16. can. Episcopus. can. Quoniam. & can. Si quis. dist. 47.*
94. *c. Clerici. de vita & honest. Cler.*
95 *can. de Petro. dist. 47.*
96. *Concil. Turonic. I. cap. 3.*
97. *can. Romanus. can. Si quis Clericus. dist. 81.*
98. *Concil. Apostolorum. can. 20. Concil. Avern. III. cap. 4.*
99. *can. Hi qui. 15. q. 8.*
100. *Concil. Colon. II. P. 3. cap. 31.*
101. *Constit. Provinc. Lib. 3. t. de vita & honest. Cler. ℣. cum datum. pag. 136.*
102. *Concil. Mogunt cap. 10.*
103. *can. Clerici. dist. 81.*
104. *c. Si quisquam. de cohabitat. Cler. & Mulier.*
105. *c. Quorundam. can. Omnibus. & can. Episcopus. dist. 34.*
106. *Concil. Senonen. de honest. Cler. cap. 25.*

V. Ad honestatem vitæ Clericorum inter alia, pertinet etiam ut deferant copulativè simul habitum, coronam & tonsuram, suo Ordini congruentem; *107.* quæ obligatio non tantùm concernit Clericos in sacris Ordinibus constitutos, verum etiam Clericos inferiores si Beneficium Ecclesiasticum obtineant; *108.* immo tam Clerici minoristæ habentes jus ad Beneficium, puta jus Canoniæ cum expectatione Præbendæ, qui reputantur pro Beneficiatis, *109.* quàm Clericali tantùm Tonsurâ insigniti, ac etiam pensionem duntaxat Ecclesiasticam habentes, habitum & tonsuram deferre debent

debent: *110.* quod ipsum extenditur ad milites, sub aliqua approbata Regula viventes, & pensionem vel Beneficium Ecclesiasticum habentes, nisi incedant in habitu militari suæ militiæ proprio, *111.* idq; si postquam ab Episcopo suo, etiam citati vel per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum Clericalem, illorum Ordini & dignitati competentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem & mandatum non detulerint, sub pœna suspensionis ab Ordinibus, officio ac beneficio, tum fructibus & redditibus proventibusq; ipsorum beneficiorum, necnon si semel correpti, denuo in hoc deliquerint etiam per privationem officiorum & beneficiorum coërceri servato juris ordine possunt ac debent, *112.* imò etiamsi nulla citatio, monitio vel alius judicialis actus in eos fuerit institutus ipso jure, amissionis & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrunt, ita, ut illos ullo modo percipere, nec perceptos retinere, vel facere suos possint; sed ipsos absq; ulla prorsus diminutione ad commodum fabricæ Ecclesiarum in quibus erecta sunt beneficia illicò sub pœna lethalis culpæ restituere teneantur, a qua quidem restitutionis obligatione, à nemine præterquam à Romano Pontifice (cum sublata sit cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & majori Pœnitentiario condonandi facultas) iidem absolvi & liberari possunt: *113.* illa verò beneficia quibus privati sunt per sententiam Ordinarii, Summi Pontificis collationi, provisioni, & omnimodæ dispositioni reservantur, & reservata censentur. *114.* Habitus itaq; Clericorum & Monachorum debet esse religiosæ formæ (sicut & ipsi calcei) hoc est vestis *talaris* pertingens usq; ad talos, idest hominem usq; ad imam partem pedum tegens, *115.* alias juxta consuetudinem locorum & Religionum decens, non tamen more fœminarum compta vestis, non manicis curtis, non longa nimis, neq; nimis brevis. *116.* à summo usq; ad imum clausa, *117.* non sericea, exceptis Filiis Regum, Principum, Ducum, *118* non pomposa, non pretiosa, non odorifera, non fulgida, non vanam jactantiam redolens, *119.* non sordida vel lacerata, ne vilescat dignitas Clericalis; *120.* non viridis, non rubea, *121.* non fucata seu virgata, non partita vel diffibulata, hoc est cum scissuris vanitatem redolentibus, vel diversi coloris, aut diversarum partium superinductione notabilis: *122.* Clerico tamen itineranti vel peregrinanti licet uti veste breviori, *123.* aut domi suæ, vel in occulto manenti; *124.* excusat tamen Clericum a tonsura & habitu portando, consequenter à pœna, rationabilis & justa causa vg. timoris, dum transit per loca infidelium, vel hæreticorum, cum periculo vitæ, aut ob metum servitutis, verberum, vel alterius gravis incommodi; *125.* idem dicendum de Religiosis diversarum Religionum, ad prædicandum Sanctum Evangelium missis, ne propter habitum diversitatem in populo, ac neophytis scandalum oriatur, possunt atq; debent unum eundemq; habitum Evangelii prædicatoribus convenientem assumere, sicq; habitum suæ religionis deponere; *126.* sine causa verò, utentes vestibus sæcularium excommunicari debent. *127.* Insuper ad ornatum Clericorum & Monachorum pertinet, ne utantur veste luctuosâ seu funebri sub pœna suspensionis à perceptione fructuum per tres menses; *128.* cappis manicatis, non coloratis pannis, non calcaribus deauratis, non fibulis, non corrigiis aureis, argenteis, non frenis, sellis, pectoralibus, aut aliam superfluitatem gerentibus. *129.* Non annulos deferre debent, nisi hi eis ratione dignitatis competant, tunc illos, nisi Abbates sint benedicti in Missæ celebratione deponere sunt adstricti. *130.* Possunt tamen Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & illô uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie: *131.* cujus usus olim prohibitus fuit in Missa. Protono-

tariis non participantibus, Doctoribus quibuscunq; & Canonicis Cathedralium. *132.* In Provincia tamen nostra interdictus est omnibus Clericis portari annulus, nisi sint Prælati, aut alii, quibus hic competat ex officio dignitatis, vel privilegio Sedis Apostolicæ speciali, consuetudine in hoc contraria non obstante, quodsi quispiam, taliter annulum portans inventus fuerit, debet ei auferri per suum Ordinarium, & non amplius reddi: imò idem transgressor Clericus etiam tantundem ad valorem illius annuli, in rebus aliis cogitur pauperibus erogare: Clericus autem qui annulum dare Diœcesano vel prædictam quantitatem solvere contempserit, ab ingressu Ecclesiæ arceri debet, donec annulum reddat, & pœnam prædictam solvat. *133.* Tonsura verò & corona Clericalis, quam nullus deferre debet, nisi eam priùs ab Episcopo acceperit, *134.* (quæ antiquitus fiebat raso desuper capite in modum sphæræ & inferiùs quoq; ut patentibus auribus sola capillorum corona circa caput remaneret, hoc est solo crinium relicto circulo in medio. *135.* tractu tamen temporis introductum fuit, & hodie ab Ecclesia generaliter receptum, ut dicta corona capillorum à Monachis, aliisq; Regularibus, necnon Romano Pontifice retenta: reliqui Clerici sæculares, loco ejusdem coronæ, solummodò circulum aliquem modicum in superiori parte capitis abrasum gerunt) *136.* debet esse talis ut aures videantur. *137.* corona verò debet esse rotunda, & eo major, quo major dignitas habetur: *138.* alias juxta formam, quam Ordo postulat, & ita radere capillum, ut omnibus appareat tonsura; *139.* barbam in superiori labro ita radere, ut pili in sanguinis sumptione non impediant. *140.* capillos simplici cultu tenere, nec eos nutrire, aliàs ab Archidiacono etiam inviti tonderi debent: *141.* nec laxare comam, alioquin peccant & anathemati subiiciuntur *142.* nisi ratio itineris excuset, vel inter Turcas degendo; *143.* fictitia autem comâ seu peruccâ uti, seu velare caput circa celebrationem tremendi Missæ sacrificii, absq; legitima dispensatione S. Sedis Apostolicæ licitum non est. *144.* imò sub pœna excommunicationis antiquitùs prohibitum fuit; *145.* recentiùs verò, peruccâ uti ad Missam, sub pœna suspensionis à Divinis ad dies quinquedecem, tam illi, qui celebrat, quam Sacristæ qui permittit celebrare, idq; ipso facto incurrenda & soli Summo Pontifici reservata, præter carceris & pecuniarias mulctas, inhibitum est. *146.* supra dicta procedunt etiam & de baculo, cum quo fulcimenti gratia, non licet celebrare Missam. *147.*

107. can. Clericus professionem. dist. 41. c. Clerici officia. de vita & honest. Cler. Clement. Quoniam. itid. de vita & honest. Cler. Concil. Trid. Sess. 14. de Reform. cap. 6. Concil. Rom. sub Benedicto XIII 1725. in Append. Const. 5. Pignatell Consult. Can. Tom. 3. Consult. 7. n. 3. & seqq. Rota in Romana Testamenti 4. April. 1672 coram Bourlemont, §. quod Adrianus. Gavant. in Enchir. v. fori privilegium. n. 8. Ricc. P. 4. decis. 154 n. 8. referens S. Congr. declarationem.

108. Id. Concil. Trid. lc. d. Clement. Quoniam. lc. Reiffenst. Jur. Canon. Tom. 3. t. 1. §. 3. n. 64.

109. arg. c. In nostra. junct. gl. fin. & DD. ibid. de Rescript.

110. Constit. 92. Sixti V. Cum Sacrosanctam Id. Reiffenst. lc.

111. d. Constit. 92. Sixti V. v tonsuram & habitum.

112. Id Concil. Trid. lc. & Concil. Rom. sub Benedicto XIII. itid. lc.

113. Id. Concil. Rom. lc. pag. m. 149.

114. Id. Concil. Roman. lc. in d. Constit. 5. ℣. cum itaq;.

115. Concil. Lucen. cap. 66 Concil. Later. V. Sess. 9. de Reform. cur. cap. 2. Concil. Mo-

Mogunt. IV. cap. 74 Concil. Colon. II. P. 2. cap 8. Concil Matiscon. I. cap 5, Id. Reiffenst. lc. §. 4. n. 97.

116. Garc. P. 2. de Benef. cap. 1. n. 21. & 22. gl. in Clement. I. ℣. Sæcularis de elect. & gl. in c. Clerici officia ℣. Sæcularis. de vita & honest. Cler. & Abb. ibid. n. 17. Jul. Clar. Lib. 5 pract. criminal. §. fin. q. 36. n. 14. Concil Colon. II. P. 2. cap. 26. & P. 3. cap. 8. Concil. Tolet. XVIII. cap 3.

117. c. Clerici officia. de vita & honest. Cler. Concil. Senonen. in decret. mor. cap. 23.

118. Id. Concil. Senonen. lc.

119. can. Parsimoniam. dist 41. & can. Omnis jactantia. ac seqq. 21. q. 4. Concil. Lateran. IV. cap. 15 & 16.

120. Abb. in d. c. Clerici officia. n. 17. de vita & honest. Cler.

121. d. c. Clerici officia. lc. & d. Clement. Quoniam. de vita & honest. Cler.

122. can. Præcipimus. 21. q. 4. & d. c. Clerici. offic. lc. arg. can. ult. 20. q. 1. gl. in d. Clement. Quoniam. de vita &c. & Barb. ibid. n. 2. lc. Bonacin. Tom. 3. de Censur. disp. 3 q. 6. punct. 6. n. 1.

123. arg. can Episcopi. 21. q 4. Bellet. P. 1. Disquis. Cleric. t de Discipl. Cler. §. 16. n. 14. S. Congr. Concil. 18 Octobr. 1580.

124. gl. in d Clement. Quoniam. lc. ℣. publicè. Anchoran. ibid. n. 2. Barb. in Collect. n 2. de vita & honest Cler.

125. Id. Barb in Clement d. Quoniam. n. 2. lc. Bonacin. Tom. 3. de Censur. disp. 3. q. 6. punct. 6. 2. post gl. in c. si quis ex Clericis. v. relaxaverit. de vita & honest. Cler. & d. c Clerici officia. lc.

126 arg c. DEUS qui. de vita &c. & Abb. ibid. n. 4. lc. & gl. fin. ibid. & alia gl. in can. In nona. 16. q. 7.

127. Concil Roman. sub Zacharia Papa cap. 3.

128. Concil. Mediol. I. P. 2. de Cler. vest.

129. d. c. Clerici officia lc. Lauren. Brancat. in Epit. canon. Lit. C. v. Clerici quò ad habitum. Reiffenst. lc. §. 4. n. 104.

130. Id. Concil. Rom. sub Benedicto XIII. t. 16. cap. 3 Concil. Later. cap. 12. Id. Concil. Mediol. I. lc. & d. c Clerici officia. itid. lc. Barb. univers. Jur. Eccles. Lib. 1. cap. 40 de vita & honest. Cler. n 25.

131. S. Rit. Congr. 4 Aug. 1663.

132. ead. S. Rit Congr 20. Novembr. 1628.

133. Const. Provinc Lib III. t. de vita &c. ℣. insuper. pag. 135. & 136.

134. can. Quoniam verò dist. 69.

135. can. Prohibete. & can. Non liceat. dist. 24.

136. c Clerici. de vita &c. Barb. Lib. I. Jur. Eccles. Univ. cap. 40. n. 7.

137. Concil. Ravenn. III. post Clementem V. cap. 10. Concil Tolet. VIII. cap. 13.

138. Id. Concil. Ravenn. lc. d. c. Clerici, de vita & honest. &c.

139. Id. Concil. Mediol. I. lc.

140. Id. Concil. Mediol. lc

141. can. Clerici. dist. 23. Concil. Agathen. cap. 20.

142. can. Si quis ex Clericis. dist. 23. c. 4. de vita &c.

143. gl. in d. c. 4 v relaxaverit: & alia gl. c. penult v. causa. de vita &c.

144. can. Nullus Episcopus. de Consecr. dist. 1. S. Congr. Rit. 24. April. & 31. Junij. 1626. Gavant. in Comment. in Rubr. Missal. P. 2. t. 2. n. 2.

145. d. can Nullus Episcopus. lc.

146. Id. Concil. Rom. sub Benedicto XIII. celebratum 1725. t. 16. cap. 3. & in Append. ad id. Concil. n. 18 . in edicto ad cap. d. 3. & t. 16.

147. d. can. Nullus Episcopus. de consecr. dist. 1.

CON-

CONCLUSIO IV.

Clericus vel Monachus negotiis ſæcularibus ſe immiſcere non debet *148.* contrarium faciens, pœnis Legum & arbitrii ſubjacet. *148.*

148. c Multa. c. Sacerdotibus c. Non magnopere. & ſeqq. & gl. ibid. in v. ne Cler. vel Monach. ſæcul. &c. can. Decrevit. & ibi gl v decrevit. can. Conſequens. & ibid gl. v. conſequens. can. Epiſcopus. can. Per latum. & ſeqq. diſt. 88. can. Pervenit. can. Credo. can. Mollitiis. can. Hi qui. 21. q. 3. Conſtit. Provinc. Lib 3. t. ne Cler. vel Monach. ſæcul. &c.

149. arg. d can Pervenit. & ibi gl. v. quod autem. can. Credo. can. Cyprianus & ibi. gl v. pro dormitione. can placuit. 21. q. 3. Concil. Trid. Seſſ. 22. de Reform. cap. 1. d. Conſtit. Provinc. lc. v. diſtrictius autem.

COROLLARIA.

I. Negotia ſæcularia quæ Clericis & Monachis prohibita ſunt, & ſtatum eorum dedecorant, intelliguntur illa: quæ mentem à Divinis abſtrahunt contemplationem impediunt, ſpiritum devotionis extingvunt, curis & ſolicitudinibus variis intricant: *150.* hoc eſt; quidquid ex carnali mundana ac inordinata concupiſcentia, non ſubjecta freno rationis agitur: dum ſcilicet inordinatè, carnaliter, & ſæculariter, ideſt ſecundùm ſæculum, mundum & carnem, & non ſecundùm DEUM & rationem vivitur, *151. vel ſtrictiùs:* negotium ſæculare dicitur quævis actio, aut officium, quod pertinet ad Rempublicam ſæcularem, competitq; hominibus ſeu Laicis, non item Clericis, *contra monitum Apoſtoli: Nolite conformari huic ſæculo. Nemo militans DEO implicat ſe negotiis ſæcularibus, 162.* tum contra SS. Canones: Duo ſunt genera Chriſtianorum: eſt autem unum genus, quod mancipatum Divino Officio, & deditum contemplationi ac orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare convenit, ut ſunt Clerici, & DEO devoti ideſt converſi. *153.* tum quoq; contra leges: nihil commune Clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cujus corpori non ſunt annexi, habeant. *154.* Unde tale negotium ſæculare, quamvis dicatur à negatione otii, ideſt *negotium* quia *negat otium*, malum tamen ex ſe eſt, quia non quærit veram quietem quæ eſt DEUS. *155.*

150. arg d c Multa ſunt. lc. can Duo ſunt. 12. q. 1. Reiffenſt. Jur. Can. Tom. 3. t. 50 n 1.

151. Id. Reiffenſt. lc. n 2.

152. Ad Roman. 12. ad Timoth. 2.

153 d. can. Duo ſunt 12. q 1.

154. l. Placet. C. de Epiſc. & Cleric.

155. can. Quoniam. diſt. 88.

II.

II. Multa sunt negotia sæcularia *156.* imò plura sunt quàm vocabula. *157.* Specialiter tamen Clericis & Monachis prohibita sunt sequentia, utpote: *Negotiatio*, quàndo scilicet res empta non mutata materia alteri venditur, *158.* vel *quid est aliud negotium seu negotiari, nisi quæ possunt, vilius comparari, cariùs velle distrahere. 159.* unde Clericus vel Monachus negotiatorem agens cupiditatis ac turpis lucri gratiâ, *160.* peccat *primò* mortaliter & velut pestis fugiendus est: *161.* quia difficile est inter ementis vendentisq; commercium non intervenire peccatum; *162.* & contrahentibus naturale est, sese invicem decipere, *163.* dum per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus perjuriis onerando quàm pretiis, *164* tandem suspendi à Divinis, imò & excommunicari, & si tertiò admonitus non resipiscat, etiam aliis pœnis arbitrariis puniri potest. *165.* insuper perdit quò ad bona sua seu suas facultates, non verò, quòad suam Personam privilegium Clericale, *166.* subjacet enim consuetudinibus & statutis Patriæ; *167.* hoc est vectigalia, tributa, certas gabellas, pedagia, vel alias præstationes sic negotiando solvere est adstrictus. *168.* Supradicta procedunt: etiam tunc intervenire negotiationem Clericis vel Monachis interdictam, quando quis eorum rem quampiam vg. lanam emit, ut suis expensis per mercenariorum vel opificum industriam laboremq; aliquid efficiat; puta ex lana empta pannum conficiat, postea revenditurus, ut inde aliquid lucrari possit. *169.* Excipitur tamen *artificium* quando quis emit aliquam materiam, quæ postea per artem reducitur, ad aliam formam, ut si quis emat vimina, & faciat canistra pro suo commodo, vel emat filum ut faciat retia: *170.* tale enim artificium non est Clericis prohibitum, quin potiùs recommendatum, sicut & agricultura, dummodò fiat absq; neglectu officii Ecclesiastici, quia non implicat ad peccatum; sicuti negotiatio, quæ solet homines, inducere ad mendacia, perjuria, fraudes; *171.* hinc etiam Apostoli post Christi Passionem redierunt ad piscandum, *172.* S. Matthæus verò ad telonium non amplius resedit, quia istud posterius implicat ad peccatum, non verò prius; *173.* vel nisi excuset parvitas materiæ: puta si Clericus semel aut bis duntaxat negotiatus fuisset, quia tunc non censeretur, peccasse mortaliter, *174.* aut nisi excuset necessitas: puta, quia aliunde Clericus non habet unde vivat: *175.* vel si Clericus ex motivo charitatis, emit victualia, ut tempore inopiæ vel famis habeat tam pro suo, quàm pro egentium usu; alias vendere possit pro currente pretio, dummodo non faciat lucri gratiâ, nimirum ut hac ratione aliis indigentibus subvenire valeat, exemplô Josephi Proregis Ægypti, *176.* vel ubi à principio defuit animus negotiandi seu lucrandi, non incurritur delictum, neq; pœna negotiationis in foro externo, *177.* potest etiam Clericus agros Beneficiorum aut bonorum suorum patrimonialium operâ laicorum colere, absq; metu illicitæ negotiationis. *178.* Potest retinere atq; locare boves, oves, aliaq; animalia, quæ habet ex successione vel decimis, necnon fructus illorum vendere, absq; reatu illicitæ negotiationis: potestq; pariter vendere granum, hordeum, & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel Ecclesiasticis, pro sua & suorum sustentatione. *179.* Item Clerici & Monachi non possunt esse Procuratores generales laicorum, vel justitiarii in villis, Locatores, Conductores, aliàs gestores negotiorum sæcularium: *180.* puta tam domi ipsorum, quàm extra, *181.* etiamsi laicus sit Princeps, aut alius Dominus; *182* unde nec Principum Vice-Domini, Viceregentes Cancellarii, Locorum præfecti, aut præpositi Administratores, vel alia ratione officiales esse queunt. *183.* qui si ratione procurationis deprehendantur in fraude, non subvenitur eis ab Ecclesia, *184.* & si moniti tertiò, non desistant à præmissis, extunc alieni ab Ecclesia, vel suspendi debent

di debent. *185.* ratione verò prædictorum officiorum, si itidem tertiò moniti emendare noluerint excommunicationi subjacent. *186.* si verò Religiosus sit & prædicta ausus fuerit attentare, districtiùs seu graviùs puniri debet: *187.* excipitur tamen casus, si laicus habet causam aut negotium Ecclesiasticum, coram Judice Ecclesiastico, coram hoc enim laici causam agere, negotiari vel procurator ejusdem, Clericus esse potest. *188.* insuper possunt Clerici ac Religiosi etiam coram Judice laico ex charitate assumere negotium & agere causas sæculares pauperum, ac miserabilium personarum præsertim orphanorum, Viduarum, & consanguineorum suorum, *189.* imò si non ex cupiditate sed ex charitate & amicitia facit, potest Clericus una & altera vice, non item ordinariè assumere negotium sæculare laici non pauperis ejusve esse procurator; *190.* in commodum verò Ecclesiæ, aut Monasterii, laicorum negotia possunt assumere & tractare tam Clerici, quàm Religiosi quocunq; tempore velint. *191.* Item non debent esse Judices sanguinis, *192.* idest judicium sanguinis non debent exercere, sententiam sanguinis dictare, proferre, subscribere, vel executioni sententiæ interesse, & nec quidquam facere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur: *193.* à purgatione verò vulgari omnino abstinere sub pœna irregularitatis & depositionis debent: *194.* ✝ interrogatus tamen Clericus, licet non possit dare consiliũ ut quis in specie occidatur, tamen interroganti respondere potest dicendo: ~~juxta~~ ✝ *Doctores, fures sunt, suspendendi, incestuosi cremandi;* vel etiam potest Clericus interroganti exhibere jura & Doctores, ut ipse videat quid juris. *195.* & licet ut dictum supra, non liceat Clericis causas sanguinis agitare, eas tamen, cùm jurisdictionem obtinent temporalem, debent & possunt metu irregularitatis cessante, aliis delegare, *196.* non tamen dicere, *mando* vel *volo* ut hic malefactor occidatur: sed generaliter delegare laico causam sanguinis constituendo eundem judicem sanguinis, dicendo: *examina causam*, fac & judica quod justitia & jura præscribunt. *197.* In Provincia tamen nostra, Archiepiscopi, Episcopi & alii Prælati ex gratia, seu speciali indulto Apostolico, pro suo & Senatorio munere in Senatu, Comitiis, Consiliis & Judiciis Regni, sine aliquo scrupulo conscientiæ, aut censurarum Ecclesiasticarum, & irregularitatis incursu, de rebus & negotiis bellicis, & sententiis ac causis criminalibus, etiamsi inde aliquorum mors aut mutilatio membrorum subsequatur, sententias liberè ferre, easdemq; ex officio hujusmodi subscribere possunt. *198.* Item vigore Brevis Gregorii XIII. Episcopis ac universo Clero, ejusdem Provinciæ nostræ Polonæ concessi, prævià tamen facultate per Clericum à Loci Ordinario in scripto obtenta, Clericus contra hæreticos sectarios, latrones, homicidas & alios delinqventes, coram competentibus Judicibus per Procuratores actiones instituere, & tam Civiliter quàm criminaliter & mixtim agere & experiri, processus quosvis & inquisitiones formare liberè & licitè potest, absq; excommunicationis & irregularitatis vel inhabilitatis seu privationis Beneficiorum Ecclesiasticorũ, aut cujusvis alterius pœnæ vel censuræ incursu. *199.* Item prohibetur Clericis & Monachis officium Tabellionis seu Notarii publici, sub pœna privationis beneficio, exerceri, *200.* quia Tabellio vocatur servus publicus *201.* ejusq; officium sit vile: *202.* jure olim Civili prohibebatur Decurionibus, *203.* ergo multò magis Dei militibus prohibetur: *204.* ante Clericatum tamen factus Tabellio seu Notarius, non perdit suum officium, ac instrumenta ab eo ritè facta, ante & post Clericatum confecta subsistunt. *205.* possunt tamen esse tam Regulares quàm Sæculares Clerici, Notarii seu Tabelliones in causis fidei, *206.* item Notarii Papæ, ac in Curia Romana, *207.* vel ubi consuetudo viget, *208.* aut si est pauper

Cleri

Clericus, & beneficium competens non habet, potest esse in causis Eccle
siasticis, & coram Judice Ecclesiastico Tabellio. *209.* Item prohibetur,
ne Clericus vel Monachus iis qui præsunt machinis bellicis, quibus rumpun-
tur muri, hoc est ruptuariis, balistariis, sagittariis, aut aliis hujusmodi
viris sanguinum, præponatur; *210.* hinc est, quod Duces vel Capitanei
militum constitui non possint sub pœnis infra expressis. *211.* etiam si
possint justo bello interesse, & milites ad pugnandum hortari. *212.* Itē
prohibentur Clericis & Monachis ludi theatrales, ne illos exerceant
perse, qui si fuerint scurriles, profani, inhonesti, non debent fieri in
Templo non obstante quacunq; consuetudine, *213.* sicut & illa ludibria,
in quibusdam festivitatibus sc. S. Stephani, S. Joannis, SS. Innocentium
practicari solita penitùs ex prædictis Ecclesiis extirpari debent. *214* non
prohibentur tamen repræsentare, præsepe Domini, Herodem, Magos, &
qualiter Rachel ploravit filios suos, sicut in Pascha Sepulchrum Domi-
ni, & alia repræsentantur, ad devotionem excitandam, cum talia po-
tiùs inducunt homines ad compunctionem quàm lasciviam. *215.* Item
prohibetur iisdem, ne joculatoriam artem exerceant, agendo vel jocula-
torem, histrionem, goliardum &c. quam artem ignominiosam si per annū
exercuerint, ipso jure privati existunt privilegio Clericali; si autem breviori
tempore id fecerint, & moniti ab Ordinario, ab hac arte non cessaverint,
per sententiam omni privilegio Clericali itidem privari debent. *216.* Item
prohibitum est Clericis & Monachis, larvas dæmonum ante se ferri,
cum hoc sit diabolicum, *217.* multò magis larvis se tegere, sub pœnis
gravissimis. *218.* Item prohibita est Clericis & Monachis *venatio* tumu-
ltuosa, clamorosa, seu sylvatica fatigatio cum canibus, accipitribus, falco-
nibus, *219.* armisq; fieri solita, quæ vocatur arenaria, *220.* non verò
quæ fit sine strepitu, retibus, paucis canibus parum ab officio Divino avo-
cans, tam exercitii, recreationis quàm necessitatis causa facta, *221.* Un-
de huic venationi crebiò Episcopus vacans, a communione tribus men-
sibus, si Presbyter duobus, si Diaconus ab omni officio suspenditur, *222.*
minoribus Ordinibus insignitis pro arbitrio Judicis pœna imponitur: *223.*
ex Regularibus verò si qui eorum venationi, aut aucupationi clamorosæ
vel alias cum canibus, aut avibus ex proposito interfuerint, juxta perso-
narum distinctionem, suspensionis & inhabilitatis pœnas ipso facto in-
currunt, quò ad beneficia conferenda; Abbate autem vel Priore a colla-
tione sic suspenso ad Priorem claustralem, cum consilio & assensu Con-
ventûs vel majoris partis ipsius, eorundem beneficiorum collatio devol-
vitur. *224.* Item prohibentur fieri *Villici.* *225.* Item prohibentur sibi u-
surpare jurisdictionem sæcularium. *226.* Item prohibentur conducere
possessiones. *227.* Item prohibentur esse fidejussores sub pœna remotionis
a Clero. *228.* Item prohibentur pondera & mensuras injustas habere.
229. Item prohibentur officium tabernarii exercere. *230.* ac demum in
deliciis velle vivere prohibentur. *231.*

156. d. c. Multa sunt lc. Constit. Provinc. lc.
157. l. Natura enim. ff de præscript. verb.
158. Id. Reiffenst. Tom. 3 t. de vita & honest Cler. §. 5. n. 131.
159. can. Quid est aliud. dist. 88. & gl. in can. consequens est. v. negotiationes. d. dist. 88.
160. d. can. Consequens. lc.
161. can. Negotiatorem. d. dist. 88.
162. can. Qualitas. de Pœnit. dist. 5. can. Ejiciens. d. dist. 88.
163 gl. fin. in d. can. qualitas. v. intervenire. lc. l. In causæ. §. idem. ff. de minorib. & l. Item pretio. § quemadmodum. ff. locati.
164. d. can. Quid est aliud. d. dist. 88.

165. Concil. Trid. d. Seff. 22. de Reform. cap. 1. c. Secundum, ne Clerici vel &c. Barb. L b 1. Jur. Eccles. univ. cap. 40. n. 114. & 128. Bellet. Disquis. Cleric. P. 2. §. 21. de pœn. Cleric. n. 2.

166 c. fin. de vita & honest. &c. & ibi gl. v. suis facultatibus.

167. d. c. fin. lc

168. Vallen. in Paratitl. Jur. Canon. Lib. 3. t. 50. n. 3.

169. Id. Bellet. in Disquis. Cleric. P. 2. §. 5. de pœnis Cleric. n. 1.

170. arg. can. Ejiciens v. quicunq. rem. d. dist. 88. gl. in can. qui Venatoribus. v. qui Venatoribus. dist. 86 Reiffenst lc. n. 132.

171. d can. Ejiciens. v. sic qui emit. d. dist. 88. d. gl. in can. qui Venatoribus ✠. licentiam

172 Joan. cap. 21.

173 S Gregor Papa Homil. 27. in Evangel.

174 Id Barb lc. n. 120. Dian. P 1. tract. de contract. resol. 72.

175. c. 1. Ne Cler. vel Monach &c Id Barb. lc. n. 119. Reiffenst. lc. n. 134.

176 Abb in d. c. 1. Ne Cler. &c. n. 9. Aloys. Ricc. P. 3. Prax. resol. 199. n. 3. & resol. 202. n 2.

177 Id Aloys. Ricc d. resol. 202. n. 1. Barb lc. n 122.

178. S. Congreg. Concil. Trident. relat per Barb lc. n 127 ✠. ad 1mum respondit.

179. Ead S. Congr. apud d. Barb. lc. Pignatell. Consult. Canonic. Tom. 2. Consult. 4. n. 2 & seqq.

180. c Sacerdotibus Ne Cler. &c. & ibi gl. d. v. Sacerdotibus. Constit. Provinc. Lib. 3. t. ne Cler. &c. ✠. sed nec. Pignatell. d Consult. Canonic. Tom. 2. Consult. 2. n. 7. Lancell. Instit. Jur Can. Lib. 3. t. 2. §. Sed nec. & ibi gl. v. sed nec.

181. Id. Barb. in d. c. Sacerdotibus. lc. n. 2.

182. c. Sed nec. ne Cler. vel Monach &c. & ibi gl. d. v. sed nec Id. Lancell. Lib. 1. t. 4. v intelligemus. ✠.

183. c. Clericis. itid. ne Cler. &c. & ibi gl. d. v. Clericis d. Constit. Provinc. lc. n. 15

184. d. c. Sacerdotibus. & ibi gl. v. ab Ecclesia ne Cler. &c Pignatell. lc.

185 gl. in d. c. Sacerdotibus. d. itid. v. ab Ecclesia lc. ✠. cum pro hoc delicto. can. fin. dist. 16.

186. c. Clericis & ibi gl. d. v Clericis ✠. Si quis contra. lc.

187. d. c. Sed nec lc.

188. Id. Abb. in d. c. Sacerdotibus. ne Cler &c n. 2 & 3 Pirhing. in d. c n. 17.

189. arg. can fin. d dist 86 Constit. Provinc. Lib. 1 t. de Procurat. §. decrevit.

190. Id. Abb. lc. Reiffenst. Tom. 3. t 5. n. 4.

191. Id. Abb. lc. Engel. Lib 3. t. ne Cler. vel. Monach. &c. n. 4. Constit. Provinc. lc.

192. d. c. Clericis. & ibi gl. v. judicent lc.

193. d. c. Clericis &c. Sententiam. lc. c. ex literis. de excessib. Prælat. can. Sæpe. & can à quibus 23. q 8.

194. d. c. ex literis. & ibi gl. in v ex literis. & in v. candentis. lc. ✠ Vulgaris purgatio à vulgo dicta, fit per duellum vel aquam calidam aut frigidam, per ignem, ferrum candens, prunas, rogum &c. c. ex tuarum de purgat. Canonic. can. Monomachiam 2 q. 5. Quæ vulgaris purgatio prohibetur tribus de causis. imò quia sæpè per eam erant absoluti, qui condemnari debebant & è contra c. 2. de purg vulg 2do. quia Superstitio ejus inventrix est can consuluisti. can. Mennam. 2. q. 5. 3tiò. ex tentatione DEI. c. fin. de purg. vulgar.

195. arg can. pessimam. 27. q. 8. Barb. in d. c. ex literis. de excessib. Prælat. n. 5.

196. c. Episcopus ne Cleric vel Monach &c in 6to.

197 gl in d. c. Episcopus ✠ Episcopus. lc Reiffenst lc. n. 14 ✠. potest itaq.

198. Clemens VIII. &c. 9 Aug. 1603. ut in Constit. Provinc. post Lib. V. pag. 515.

199. Breve Gregorii XIII. &c. 8. April. 1577 ibid. in Constit. Provinc. ante pag. 1.

200. c. Sicut te accepimus & ibi gl. in v sicut & ✠. nota quod. ne Cler. &c. c. ut officium. §. veram. de Hæret. in 6to.

201.

201. c. 2. de Usur. in 6to. & ibi gl. ỽ. Servo publico. l. Non aliter ff. de adopt.
202. Anchoran. in d. c. sicut te. ne Cler. vel Monach. & ibi Fagnan. n. 13.
203. l. Universis. C. de Decurionib.
204. Reiffenst. lc. n. 5.
205. Engel. Lib. 3. t. 50. n. 4. Hostien. in Sum. itid. Lib. 3. t. ne Cler. &c. Joan. Andr. in d. c. sicut te. lc. n. 1.
406. c. Cum officium. § ad conscribendas. de Hæret. in 6to.
207. Id. Fagnan. in d. c. sicut te. lc. n. 60. Barb. itid. in d. c. sicut te. lc. n. 7.
208. Id. Barb. lc. n. 9. Layman. Lib. 1. Tract. 5. P. 5. cap. 8. n. 4.
209. Abb. in d. c. sicut te. n. 6. lc. Id. Barb. lc. n. 10.
210. c. Sententiam sanguinis. ne Cler. vel Monach. &c. Joan. Andr. in d. c. Sententiam sanguinis. ne Cler. &c. n. 8.
211. Id. Abb. in d. c. Sententiam sanguinis. lc.
212. can. Ut pridem & gl. ibid. v. ut pridem. 23. q. 8.
213. c. Cum decorem. de vita & honest. Cler. & ibi gl. v. cum. Id. Abb. in d. c. cum decorem. &c. de vita & honest. Cler. n. 1.
214. d. gl. in d. c. cum decorem. v. & presbyteri. lc.
215. d. gl. lc. v. non tamen. can. Semel Christus. de consecr. dist. 2. Bellet. Disquis. Cler. P. 1. § 23. n. 10. Abb. in d. c. cum decorem. lc. n. 1. & Barb. de vita & honest. Cler. n. 6.
216. c. unic. de vita & honest. Cler. in 6to. & gl. ibid. v. Clerici.
217. can. Nullus Presbyterorum. & ibi gl. v. nullus. & v. nec larvas. de consecr. dist. 5.
218. c. Cum decorem & gl. ibid. v. larvarum. Bellet. lc. n. 8.
219. c. Episcopum. c. omnibus. & ibi gl. in v. Episcopum. de Cleric. venat. Concil. Lateran. IV. cap. 15. Concil. Toletan. XVII. cap. 8. Concil. Senonen. t. incontinentes. cap. 26. Artner. in Nucl. Lib. 5. t. 24.
220. gl. in d. can. Qui Venatoribus. v. qui Venatoribus. ỽ. arenaria est. dist. 86. gl. apud Lancell. Lib. 1. t. 4.
221. Abb. in d. c. Episcopum. & ibi gl. v. voluptate. de Cler. venat. Less. de just. cap. 5. dub. 9. n. 40.
222. d. c. Episcopum. & ibi gl. eod. v. Episcopum. & v. officio. & Abb. lc.
223. arg. c. De causis. de offic. deleg. Artner. lc. de Cleric. venat. n. 4. & 5.
224. Clement. Ne in agro. §. Si quis. de stat. Monach.
225. Concil. Cabil. III. cap. 7.
226. Concil. Lateran. IV. cap. 42.
227. Concil. Calcedon. cap. 3.
228. Concil. Apostol. can. 20. & can. Testimonium. 11. q. 1. c. Clericus. de Fidejussorib. & gl. ibid. v. inserviens. & v. Clericus.
229. d. c. Multa. ne Cler. vel Monach. &c. lc.
230. Concil. Colon. II. P. 2. cap. 25.
231. d. c. Multa. lc. can. Ecclesiæ Principes. & gl. ibid. in v. epulis exquisitis. dist. 35.

III. Ne videantur Clerici vel Monachi sæcularizare, arma gestare, hoc est uti hastîs, balistis, sclopetis, telis, & similibus armîs, tam ad offensam, quam ad defensam illis prohibitum est sub pœna excommunicationis, 232. non latæ sententiæ, sed per Judicem ferendæ, si Clerici admoniti non deponant arma. 233. & ista procedunt de Sæcularibus tantûm: nam Monachi tenentes arma intra septa Monasterii, sinè licentia Superioris ipsô facto sunt excommunicati: 234. excusat tamen justa causa se, vel proximum, res proprias, vel alienas contra invasorem defendere, atq; tunc est Clericis licitûm arma portare. 235. Item si Clerici extra Civitatem per loca periculosa, & suspecta transitum faciant, tunc possunt portare arma, ad terrorem latronum, & hostium, 236. ac secum ducere familiares armatos

matos, *237.* id tamen facere debent de licentia Episcopi Diœcesani in scriptis obtenta, publicè illa deferre, *238.* sed illis percutere non debent *239.* Militiæ verò vacans Clericus vel Monachus idq; in Sacris constitutus, vel arma in seditione tractans, vel stipendia ad serviendum in militia accipiens, pœnâ vel degradationis, vel depositionis, vel excommunicationis vel suspensionis ab officio & beneficio donec cesset, vel detrusionis in Monasterium mulctari debet. *240.* quicunq; autem Clericus in bello, aut in rixa, aut gentilium ludis mortuus fuerit, neq; Missa, neq; oratio pro illo fieri debet, sepulturâ tamen non privatur. *241.* Possunt tamen arma tractare Clerici sed de licentia Papæ *242.* idq; contra Sarracenos, *243.* & tempore Cruciatæ, vel contra Paganos, in tali tamen bello non possunt occidere, gaudentq; protunc fructibus Beneficiorum suorū. *244.* Item pro Papa, vel defensione Patriæ, absq; tamen amissione privilegii Clericalis *245.* Clericus verò in minoribus Ordinibus constitutus, si non modò arma defert, sed etiam militiæ operam dat, à Clericatu excluditur. *246.* eo enim ipso quod sæculari militiæ adscriptus, videtur Clericali militiæ renuntiasse, cùm non potest simul DEO & sæculo servire, *247.* & pensio Ecclesiastica ob talis militiæ assumptionem utpote incompatibilis cum Clericatu, extingvitur, *248.* beneficium ipsô facto vacat, cui tacitè renuntiavit; *249.* quod Ordinarius de jure alteri potest conferre factâ tamen declaratione: *250.* ad justum autem bellum ad summum unus, aut duo Episcopi cum suis Capellanis, possunt ire cum Principe suo. *251.*

232. c. Clerici arma. & gl. ibid. v. Clerici. & v. Clerici arma. de vita & honest. Cler. Concil. Mogunt. IV. cap. 74.

233. d. c. Clerici arma. lc. Abb. in d. c. n. 8. Barb. in Collectan. n. 3. Pirhing. t. de vita & honest. Cler. n. 22.

234. d. Clemēt. ne in agro. § quia verò. lc. & ibi gl. ℣. tenentes. Id. Abb. in d. Clement. n. 20.

235. d. gl. in d. c. Clerici arma. v. Clerici. lc. Barb. de vita & honest. Cler. n. 5. Bellet. P. 1. Disquis. Cler. §. 17. de discipl. Clerical. n. 14. & seqq.

236. d. gl. in d. c. Clerici. & in d. v. lc.

237. can. Maximianus. & ibi gl. v. sed negligentia. 23. q. 3. Id. Bellet. lc. n. eod.

238. Concil. Ravennaten. I. cap. 3. Concil. Mediolan. I. P. 2. t. de armis, ludis. &c.

239. d. gl. in d. c. Clerci arma. v. & lc. & gl. apud Lancell. Instit. Jur. Can. Lib. 1. t. 4. v. intelligemus ℣. 23tius. effectus.

240. Concil. Apostol. can. 82. Concil. Andegav. cap. 7. Concil. Turonen. I. cap. 5. Concil. Mogunt. I. cap. 17. Concil. Melden. cap. 37. Concil. Ravennat. I. cap. 3. Concil. Meten. cap. 3. Concil. Tolet. XXII. cap. 15. & IV. cap. 45. Concil. Calcedon. cap. 7. c. Quod in dubiis. de pœnis. can. Clerici qui. 23. q. 8. can. eos. 20. q. 3.

241. can. Quicunq;. & ibi gl. v. Sepultura 23. q. 8.

242. can. Igitur. & ibi gl. v. & egressi d. 23. q. 8.

243. d. can. igitur. lc.

244. Eugen. IV. Constit. 3. Quantum. Pius V. Constit 146. Cum nos. Zachar. Epit. 3.

245. Card. de Luca. de Pensionib. discurs. 46. n. 9. & 14. Reiffenst. lc. n. 125.

246. can. Si quis post remissionem. dist. 50. & can. Aliquantos. & seqq. dist. 51.

247. can. Quicunq; ex Clero. 23. q. 8. c. ex multa. §. fin. de voto. &c. Abb. in c. Ut consultationi. n. 1. de Cler. non resid. Jul. Clar. Lib. 5. q. 73. n. 6.

248. Id. Card. de Luca. discurs. 47. n. 3. lc.

249. gl. in c. ult. ℣. redierint. de Cler. non resid. Flammin. Paris. de resignat. Benefic. Lib. 1. q. 1. n. 22. Gonzal. ad Regul. Cancel. VIII. Farinac. fragm. Criminal. Lit. C. n. 104. Barb. P. 3. de Offic. & potest. Eccles. Allegat. 57. n. 216.

250. Id. Barb. in c. ult. Ut consultationi. n. 3. de Cler. conjugat. Ant. Ricc. de jure Person. extr. grem. Eccles. existen. Lib. 7. cap. 5. n. 12.

51. Concil. Ratisbon. gl. in can. igitur. v. & egressi. 23. q. 8.

IV.

IV. Præter ſupra adducta ſæcularia negotia Clericis vel Monachis prohibita, adhuc prohibitum eſt iisdem Clericis & Monachis in Scholis publicis, jus Civile, Phyſicam ſeu Medicinam audire, eamq; ſicut & chirurgiam exercere, idq; ſub pœna excommunicationis ipſô factô incurrenda; *252.* ne occaſione talis ſcientiæ ſpirituales viri, mundanis rurſùs actionibus involvantur; *253.* quæ prohibitio cum ſuo rigore extenditur in ſpecie ad omnes Regulares, *254.* qui niſi intra duorum menſium ſpatium ad Clauſtrum redierint, ſicut excommunicati ab omnibus vitari, & in nulla cauſa (ſi patrocinium præſtare voluerint) audiri debent; reverſi autem in Choro, menſa, Capitulo, & cæteris, ultimi fratrum exiſtere, & (niſi fortè ex miſericordia Sedis Apoſtolicæ) totius ſpem promotionis amittere itidem debent: *255* tum ad Clericos Sæculares; pœna iſta extenditur, etiamſi fuerit Archidiaconus, Decanus, Cantor ſeu Primicerius, Præpoſitus, Cancellarius, Plebanus, Theſaurarius, Succentor, Præcentor; *256.* vel etiamſi hujusmodi perſonatus curam animarum non habeat: quia idem judicium eſt, de perſonatibus curam animarum non habentibus, ſicut de Beneficiis curam animarum annexam habentibus, *257.* propter pœnam in iſta Conſtitutione expreſſam, in qua nulla facta eſt diſtinctio & interpretatio, per Summum Pontificem appoſita; *258.* Sufficit enim de jure dicere: *quod ita ſcriptum eſt in lege*: *259.* nec interpretatio debet adhiberi, ubi Conditor Canonis non adhibuit: *260.* quæ inquã prohibitio extenditur ad audientes, non autem ad docentes, vel ubi habetur in Univerſitate aliqua publica, contraria conſuetudo, vel privilegium ſpeciale Apoſtolicum; uti in Noſtra Univerſitate, in Bulla Confirmationis Studii Generalis *Urbani V.* data eſt facultas Leges Civiles publicè docendi, legendi & audiendi, & in illis Doctoratûs ſeu Magiſterii honorẽ expetentibus elargiendi, ſicuti & in aliis Univerſitatibus id practicari dignoſcitur, *261.* privatim tamen ideſt domi, non prohibentur Religioſi ac Clerici ſtudere Juri Civili, *262* præſertim ſi id faciant pro pleniori intellectu Juris Canonici, ac Theologiæ. *263.* Medicinæ autem & chirurgiæ, etiam privatim prohibentur ſtudere, longè magis exercere dictas artes. *264.* *imò* propter periculum erroris, quod tali chirurgiæ ineſt, ac dubius curationis eventus. *2dò* propter aduſtionem, & inciſionem quam hæc ars inducit; *265.* vel citra omnẽ aduſtionem & inciſionem. *266.* *3tiò* propter irregularitatem, quam trahit poſt ſe exercitium Medicinæ vel chirurgiæ, etiamſi ſit aliquis peritus & diligens, & hoc fecerit ex cauſa pietatis & charitatis vel ex neceſſitate, vel defectu Medicorum, imò & peritorum: & tandem mors vel mutilatio ſequatur. *267* Si tamen mutilatio, neq; mors ſequitur, & ceſſat periculum mortis, irregularis non eſt Clericus aut Religioſus, exercens chirurgiam aut Medicinam: peccat tamen quia exercet officium ſæculare, & dat operam rei illicitæ. *268.*

252. c. Super ſpecula. & ibi gl. v. ſuper. & v. Presbyteros c Non magnopere. & ibi gl. v. non. c. Sententiam. & ibi gl. v ſententiam. lc. ne Cleric. vel Monach. ſæcular. neg ſe immiſc Reiffenſt Lib. 3 t. 50. n. 8.

253 c. Non magnoper. lc. Id. Reiffenſt. lc. n. 9.

254. arg d. c. Super ſpecula. v. contra religioſas perſonas. & gl. ibid. d. v. ſuper ſpecula. ℣. Nota. lc.

255 d. c. Super ibi gl. v. audiantur. lc.

256. gl. in v. Præsbyteros. d. c. ſuper lc. & gl. extra ord. v. perſonatus. ibid.

257. d. gl. in d. c. ſuper d. v. Presbyteros. per totum. lc.

258. d gl in d c. ſuper & v. Presbyteros. & v. propter pœnam lc.

259. can. ſcriptum. 6. q. 3. & gl. d. in d. c ſuper v. Presbyteros. ℣. ſufficit. lc.

260. gl. in d. c ſuper. v. Presbyteros. ℣. & ergo nec. lc.

261. Bull. Urbani V. *Avinion. Kalend. Septembr. Pontificat. Sui A. II. A. D 1364.*

quam

quam refert Zalaßov. *Jur. Reg. Pol. Lib.* 1. *de Episc. Crac.* §. *de Acad. Crac. fol.* m 573. *Reiffenst. lc.* n. 10. & *in Proëmio Univers. Jur.* §. 13. n. 232.

262. *Fagnan. in c. fin. ne Cleric. vel Monach. &c.* n. 42. *lc.*

263. *Reiffenst lc.* n. 9.

264. *c. Tua Nos. & ibi gl. v. tua. de homic. volunt. & casual.*

265. *arg. c. Multa & c. Scientiam ibi gl. in v. sententiam. ne Cler. &c.*

266. *Reiffenst. lc.* n. 6.

267. *d. c. Tua nos. & summarium. d. c. & gl. v. tua. lc. Id. Reiffenst. lc.* n. 16. *per totum* n. 22.

268. *Id. Reiffenst. lc.* n. *fin.*

V. Ut sit ex omni parte Clericorum vel Monachorum vita honesta, & honestas vitæ, cunctaq; prorsùs effugiant sæcularia negotia, ac illis se non immisceant, usuras omni jure, alias Divino, 269. Naturali, 270. Canonico, 271. & Civili, 272. sub pœnis gravissimis prohibitas, sc: Infamiæ, 273. Excommunicationis, 274. Suspensionis vel Depositionis, 275. privationis communione & sepultura Ecclesiasticâ, 276 exercere non debent. 277. Usurarius enim est raptor, ac usura rapina; 278. quinimò majus crimen quàm rapina: hæc namq; diviti aufert bona, ista vitam egenis, adeò, ut illi qui usuras exercent, homicidæ dicendi sunt: 279. omnibus odibiles, apud cunctas nationes viles, abjecti & vituperabiles, ita, ut olim universa eorum bona, dicerentur diaboli, & abhorreret quilibet aspiciendo eorum domum vel agrum, nemo de eorum domo ignem sumeret, nemo ab eis in Ecclesia osculum pacis acciperet, de occursu eorum pueri expavescerent. 280.

269. *Levit. cap.* 25. *Psal.* 14. & 54. *Luc.* 6. *cap. c. quia in omnibus. & seqq. de usur.*

270. *Covar. Lib.* 3. *variar. resol. cap.* 1. *Vallen. Lib.* 5. t. 19. §. 3. n. 2. *de usur. Artner. Lib.* 5. t. *de usur.*

271. *can. Si fœneraveris. can. Putant. can. Plerique. can. Usura est.* 14. 9. 3. & *can. Si quis Clericus. can. Quoniam. can. Si quis usuram. d.* 14. 9. 4. *c. Plures c. Quoniam. c. Quia. & seqq. de usur.*

272. *l. Improbum. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. Ut nullo modo. C. de usur. l. placuit. ff. itid. de usur.*

273. *can. Infames.* §. *aliquando ipso genere.* 3. 9. 7. *c. Dilectus. de excessib. Prælat. d. l. improbum. lc.*

274. *can. Si quis oblitus. & can. Quoniam.* 14. 9. 4. *c. Præterea. & c. Plures. de usur. Constit. Provinc. Lib.* 4. t. *de usur.*

275. *d. c. Præterea. & c. Plures lc. Constit. Provinc. lc.*

276. *c. Quia in omnibus. de usur. Constit. Provinc. lc.*

277. *d. c. Plures. & ibi gl. per totum. c. Quoniam. & seqq. lc. Artner. lc.* n. 1. & 2.

278. *D. Ambros. Lib. de bon. mort. cap.* 12. *can. si quis.* 14. 9. 4. *Bellug. in specul. Princ. Rubr.* 11. §. *de usur.* n. 32. & 341.

279. *S. Aug. ad Macedon. Epist.* 54. *can. Quid dicam.* 14. 9. 4.

280. *Marian. Socin. de usur.* n. 28. *Alex. Sperell. Decis. For. Eccles. P.* 2. *decis.* 116. *à* n. 23. *ad* 27.

Hinc
I L L I

Qui venit ùt vitã habeãt & abundãtius habeãt. *Joan:* 10.

Et in operibus manuum Illius honestas sine defectione. *Sapient.* 8.

Laus, Honor, Virtus, & Gloria in sæcula.

SUB

SUB FELICISSIMO REGIMINE

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Reverendi Domini,

D. M. STANISLAI PHILIPPOWIC,

Sacræ Theologiæ LICENTIATI, ejusdemq; PROFESSORIS, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum; Sancti FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam DECANI, Curelovienſis SCHOLASTICI, Parochialis Premykovienſis PRÆPOSITI, Contubernii Staringeliani PROVISORIS, Studii Generalis Univerſitatis Cracovienſis

RECTORIS.